



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XIX. Die Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

DANIEL ROSNER
COADIUT.

Germanus
Halz. 18.
April. 1630.
Soc. 33.

Fides.
Sacram.

HVnc è latebris hæreseos in hunc modum eduxit Deus, vt aiunt annæ. Non aliud illi persuadere poterat primò noster, quām vt sacrificio immaculato quotidie matutinus ad effet. Faciebat id ille quidem haud grauata: at de perpetua Christi in Eucharistia Sacramento præsentia mul-

tum anceps: vsque dum defixis atten-
tē oculis in hostiam sacrosanctam
tempore sacrificij eleuatam, ipsum in
illa Christum viuā patientis imagine
spectabilem sibi ostensum dixit: ac
totus primò in S. Matris Ecclesie, de-
inde in Societatis sinum se recepit;
querelas, excusationes & miscendi pla-
nè ignarus, & otij osor; deuoti labo-
ris, charitatis, & amabilis illius fa-
cramenti, è quo sapere didicerat, lon-
gè amantissimus.

Euch.
Pafñ
Christi.

Getman
Monach
19. Apri
21st. p.
Soc. 40.
Concio.

Scripta.

Silentia.

Angel
Consilio.

XIX. DIE APRILIS.

FRANCISCVS
ABBAS COADIUT.

Italus Medi-
ta. 10. Maij,
alijs 19. April
5611.
xstat. 70.
Soc. 44.

Humilitas.
Letos.

Angeli.
Vide annuas
Melicens.
Labores.

HVmili stirpe, at excelsâ virtute
vir, humilitate potissimum, vn-
de si à quopiam rogaretur, & e-
pistolam aliquam perlegeret, respon-
debat seignarum, ac rusticarum ho-
minem esse. Nunquam induci potuit,
vt crepidis, vel quadrato pilco vtere-
tur. Aiebat se indiguum amore illo qui
in Societate Coadiutoribus exhibetur.
Libellum pium sibi legi curabat: &
memoria commendabat quadam Ia-
cepconi apophthegmata, ac alia singu-
laria, quæ opportunè secularibus in
medium afferebat sensu magno. Ma-
gna illi apud externos authoritas, ma-
gna illorum pereleemosynas in illum
liberalitas. Si noctu ad portam cam-
panæ sonum audiret, mox vestiebat
se, ac Superiori offerebat vt coines
iret Patri ad ægros exituro. Raro car-
nibus vescebat. Aiebant passim, il-
lum cum Angelis familiariter age-
re, atque ab ijs in massa subigenda, &
pane apparando pinsendoque iuuari.
Inde illi voluptate cœlesti exundans

dans pectus in voces diuinæ amoris
æstu plenas eruppebat. Sancti opini-
one, ac nomine vulgo celebrabatur.
Turcæ ipsi captiui dicebant illo mor-
tu, mortuum esse sanctum.

IOANNES DIISSEL.
COADIUT.

AD omnem obedientiæ actum at-
tentrus, nunquam petijt domo vel
pedem efferre, nec exultit, nisi iuf-
sus. Singularis in illo eluxit erga Pa-
tres reuerentia, otij odium, & pieta-
tis exquisitæ donum maximè erga SS.
Sacramentum; coram quo expende-
bat quicquid otij à laboribus illi fuit
residuum teneritate planè insigni.
Omnes de Societate mirifice ama-
bat. Vnde erga eos, qui dimissi
auellebantur, commiseratione maxi-
mâ ducebatur quod bono tanto essent
frustrati.

Germanus
Teuton. 19.
April. 1621.
xstat. 77.
Soc. 55.

Morit.

P.HIE-

P. HIEREMIAS
DREXELIVS.

Germanus
Monachij.
19. Ap. 1618.
xlat. 9.
Soc. 40.
Concio.

Scripta.

Silentium.

Germanus
Teutonicus.
April. 1618.
xlat. 7.
Soc. 53.

Angelus.
Concio.

Vir, ut calamo ita moribus reli-
giosè accuratus, & suavis Per ip-
sos 23. annos, quibus ad Maximilia-
num Bauariae Ducem pro concione
dixit, nunquam ullum supplementum
admisit; eloquentia istic è usus, que
nihil affectatum, tumidum, fucatum,
redoleret; sed solidum, pium, doctum,
Coadiutores nostros domi per ipsos
annos 17. domesticis exhortationibus
instruxit. Exemplis eloquentem, ma-
guum vitæ; voce, calamo Ecclesiasten,
virum inter huius seculi præcipuos
vnum, præsentis ævi Phœnicem, &
Phœbum dixerat varij. Aiunt numerum
libellorum illius Monachij (taceo
typos alios) impressorum ad 170. mil-
lia exemplariorum excresuisse. Lautam
eruditio[n]is apparationem: illi locu-
pletabat silentium; legendi, & notandi
assidua consuetudo. Maximilianus
Dux de illo ægro dixit ad medicum
enixè illum ei commendans; Reipu-
blica Christianæ plus interesse Drexel-
lium viuere, quam facile cogitari pos-
sit. Nec lacrymæ inuisitum illum
Principum ad morientis lectulum ab-
fuere. Eius effigies tomo 1. operum
Antuerpiæ præhra est, cum elogio
vitæ: ad cuius calcem sic de illo per-
scribitur. Tanti viri laudibus illud ac-
cedit, quod M. Baro Thimon Lindelo,
vir & genere, & bellicâ re, multorum-
que annorum militari imperio insignis
de eo, etiam scripto, & iuratus asser-
bat; videri sibi visum esse non semel
P. Drexelium, cum olim verba de tu-
telari Angelo faceret cælesti luce cir-
cumfusum, radijs toto corpore, quæ
extabat, coruscare.

P. LVDOVICVS
MAIGNET.

Gallus Mus-
siponti. 19.
April. 1618.
xlat. 81.

Humilit.

Oratio.

Mortif.

Charitas.

ETiam cum Provinciam regeret, ac Gallus Mus-
siponti iudicio præstaret, illud ta-
men alienæ sententiæ facilè accom-
modabat: aiebat verò sibi prudentiæ
nihil esse, assecuturum se tamen ali-
quid consilio sapientum consultorū.
Etiam extrema in senecta dixit se sine
mora paratum ad suscipiendam Indi-
cam missionem, si ita iuberetur. De
alijs & benè sentiebat semper, & nun-
quam loquebatur malè. Tenera illi
inter orandum pieras, & pulchra de-
missio, unde suauissimum ei fuit inter
orandum aseres cubiculi sui deoscu-
lari ac lambere, instar miseri canis co-
ram Deo suo, ut ille de se loquebatur.
Frequens illi, ac propè assidua erat
oratio etiam coram SS. Sacramento;
qua ut coram Deo esset efficax, clam
funem gestabat è collo tanquam reus,
in signum demissi animi coram diuina
maiestate. Extremis octo vitæ annis se
Coadiutoribus adiungebat cum illi à
Præfecto spiritus puncta ad meditan-
dum, pro more, acciperent. Per om-
nem vitæ (dum id per superiores licuit,
licuit autem usq; ad annos decrepitos)
mane cum pulsū consueto signum da-
retur alijs ad surgendum; ille flagio
arrepto se cædebat usque ad finem
pulsus. In morbo nihil doloris unquam
se pati præsetulit, nihil non accepit
quicquid iussu medici offerrerur. Po-
strem ab exequijs nocte (verba sunt
epistolæ de illo Romam prescriptæ) de-
se per morbum ultimum benè merito
Patri cuidam (qui nomen suum taceri
voluit) spectabilis iu somnis dicitur
adstitisse, compositione corporis, vul-
tuque planè amabili. Cubiculum dicti
Patrii totum collucere cœpisse, item
ipsum demortui cubiculum visum esse
Ee longè

longè maiori spleadore perfusum.
Porro non somniantis vanam fuisse
speciem argumento fuit gaudium in-
credibile quod tum quidem Patrem

cepit, perque multos inde consequen-
tes dies torum tenuit delibutum. Ha-
etens literæ.

XX. DIE APRILIS.

MAG. FRANCISCVS
CAIETANUS SCHO-
LASTICVS.

Italus Mes-
sanza 10.
April. 1601.
zat 10.
Soc. 9.

Euchar.

B.P.

Mors.

Hunc è Marchione, religiosum,
à Philosophia curriculo mor-
bus, à Grammatica quam do-
cebat Schola, mors, quam ipse prædi-
xit, ipso die Christi morientis abstul-
lit, non minorum virtutum religiosum
quam fuerit eius generis claritudo.
Humilitas illi, corporis asperè tra-
stanti severitas, & perpetua cum Deo
coniunctio semper cordi fuit, cuius
rei eximia documenta dabit prolixior
eius vita. Cum diuinæ synaxi accum-
beret aliquando, visam affirmant ex
eius ore amabilem flammatum prorum-
pere: visitatum etiam à DEIPARA, &
cælestibus Angelis extremo in morbo,
adeoque post mortem admirandis
quibusdam claruiss.

P. NICOLAVS
CVSANVS.

Germanus
Luxemburgi
10. April.
1616 natus
1574. Soc.
ingr. 1600.

Missiones.

Strenuus planè, ac Religiosus ope-
rarius domi & foris per Cœli sa-
lientis iniurias, per prædonum peri-
cula, per tot molestias, ut fassus fuerit,
se persæpè toto corpore contremuisse,
cum foras esset eundum ad arduas
missiones: ad quas petitâ in triclinio
erratorū veniâ, varijs in culina demis-
sionis Officijs, crudelibus in corpus
flagris comparabat se ut iret, & fru-
ctu permansurum afferret. Iter pedes

instituebat; & orando aut catechesis
tradendo traducebat, non semel in
luto collapsus viribus itineri tanto im-
paribus. Foribus per plures menses ci-
barius panis, & caseus, pultes, aqua
frigida illi erant epulae, quibus refice-
retr; terra lectulus, in quo quiesce-
ret. Chirothecis nullâ per tolos 30. an-
nos nisi ultimâ vitæ hyeme est vslis;
idque, coactus vi morbi. Vno in oppi-
do tantum boni ab eo præstum aiunt
per octo dies, quantum istuc à nemine
factum fuisse vlla superstitione etas
meminerit. Vbiq; B. Virginis Rosa-
rium, & vespertinas eiusdem litanias
persuadebat in domibus recitandas.
Hæ illum Virgo contra calumnias,
vt innocentem ira forte prorexit,
cum turpitudinis, & hæresis accusare-
tur ab ijs, qui facile de alijs ea quæ ipsi
faciunt suspicantur, aut mentiuntur.
Domum nihil de vitæ foris actæ laxa-
mento vlo afferebat; accommodatæ
ad omnem temporis & ordinis discipli-
nam, & admissæ singulares leges miseri-
ficie attentus. Tenerioris ad scrupulos
vlsque conscientiæ cum esset, scrupu-
los fugauit nauiter occupatus. Vnde
si de quopiam scrupulis obnoxio ser-
mo inferretur, dicebat: Cessabunt illi
scrupuli, si egregiè occupetur. Orantis
ritus erat, humili genua citra vllum ad-
miniculum ponere, ac lachrymis per-
sæpè verba, quæ pronunciabat asper-
gere, quas etiam in triclinio fundebat
ali quando lectione mensæ auditâ, que
illi attentio semper emolumento fuit.
SS. IESV nomen, & pronunciabat sua-
vissimè, nec aliter; nisi aperto, & in-
clipato.

Oratio.